Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8478
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Iacobi

auē factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic fa
cite. Siquidem legem libertatis. Qui autem iudicatis iu
dicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Superexal
tat autem misericordia iudicium. Quid prodest fratres mei si fidem
quis dicat se habere opera autem non habeat. Numquid potest fides
saluare eum. Si autem frater aut soror nudi sint et in
digeant victu cotidiano. Dicat autem aliquis de vobis illis
ite in pace calefamini et satiamini non dederit autem
eis que necessaria sunt corpori quid prodest. Sic et fides si non
habeat opera mortua est in semetipsa. Sed dicet aliquis Tu
fidem habes et ego opera habeo ostende mihi fidem tuam
sine operibus et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu
credis quia unus est deus bene facis et demones credunt et
contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis quia fides
sine operibus mortua est. Abraham pater nonne ex o
peribus iustificatus est offerens isaac filium suum super alta
re. Videsne quia fides cooperabatur operibus illius. et ex ope
ribus fides consumata est et suppleta scripta dicens Credi
dit abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam et a
micus dei appellatus est. Videtis quia ex operibus iustificatur
homo et non ex fide tantum. Similiter autem et rahab meretrix
nonne ex operibus iustificata est suscipiens nuntios et
alia via eiciens. Sicut enim corpus sine spiritu emortuum e
st ita et fides sine operibus mortua est. III

Nolite plures magistri fieri fratres mei scientes
quoniam maius iudicium sumitis. In multis en
offendimus omnes. Si quis in verbo non offe
dit hic perfectus est vir. Potest etiam frenos circumducere
totum corpus. si autem equorum frenos in ora mittimus
ad consentiendum nobis et omne corpus illorum circumferimus. Ecce
et naues cum magne sint et a ventis validis mouentur
circumferuntur at a modico gubernaculo ubi impetus diri
gentis voluerit. Sic et lingua modicum membrum est et
magna exaltat. Ecce quantum ignis quam magnam siluam
incendit. Et lingua ignis est. Vniuersitas iniqui
tatis lingua constituitur in membris nostris que maculat
totum corpus et inflammat rotam nativitatis nostre inflam
mata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum et volu
crum et serpentium et ceterorum domantur et domita sunt
a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare po
test. Inquietum malum plena veneno mortifero. In ipsa benedi
cimus deum patrem et in ipsa maledicimus homines qui ad
similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio
et maledictio. Non oportet fratres mei hec ita fieri. Nu
quid fons de eodem foramine emanat dulce et amaru
m aqua. Numquid potest frater mei ficus uinas facere aut ui
nea ficus sic neque salsa dulce potest facere aqua. Quis sa
piens et disciplinatus inter uos ostendat ex bona conuersa
tione operam suam in mansuetudine sapiente. Si zelum amarum habetis et contentiones sunt in cordibus ve
stris nolite gloriari et mendaces esse aduersus veritatem.
Non est enim ista sapientia de sursum descendens sed terrena
animalis diabolica. Vbi enim zelus et contentio ibi inconstantia
et omne opus pessimum. Que autem desursum est sapientia
primum quidem pudica est deinde pacifica modesta suaui
bilis bonis consentiens. plena misericordia et fructibus
bonis non iudicans sine simulatione. Fructus autem iusti
tie in pace seminatur facientibus pacem. IIII

Unde bella et lites in uobis. Nonne hinc ex
concupiscentiis vestris que militant in me
bris vestris. Concupiscitis et non habetis. Occi
dite et zelatis et non potestis adipisci. Litigatis et
bellatis et non habetis propter quod malepetatis ut con
cupiscentiis vestis insumatis. Adulteri nescitis amicitia
huius mundi inimica est deo. Quicumque igitur uoluerit amicus esse
huius mundi inimicus dei efficitur. Aut putatis quia scriptura
frustra dicit. Ad inuidia concupiscit spiritus qui habitat in
vobis maiorem autem dat gratiam propter quod dicit Deus superbis re
sistit humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote deo
resistite autem diabolo et fugiet a uobis. Appropinquate deo
et appropinquabit uobis. Emundate manus peccatores et purifi
cate corda duplices animo. Miseri estote et lugete. Ri
sus vestrum in luctum conuertatur et gaudium in merorem. Hu
miliamini in conspectu domini et exaltabit uos. Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri aut qui
iudicat fratrem suum detrahit legi et iudicat legem.
Si autem iudicas legem non es factor legis sed iudex.
Vnus est enim legislator et iudex qui potest perdere et libera
re. tu autem quis es qui iudicas proximum. Ecce nunc qui
dicitis hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem et fa
ciemus ibi annum et negotiabimur et lucrum
faciemus qui ignorantis quid sit in crastinum que est
enim vita nostra. Vapor est ad modicum parens et dein
ceps exterminabitur. Pro eo ut dicatis si dominus voluerit et
si viuemus faciemus hoc aut illud nunc autem exultatis in
superbiis vestris. Omnis exultatio talis malignatio. Bonum igitur
bonum facere et non faciens peccatum est illi. V

Ecce nunc diuites plorate ululantes in
miseriis vestris que aduenient uobis. Diuitie
vestre putrefacte sunt et vestimenta uestra a
tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum erugi
nauit et erugo eorum in testimonium uobis erit et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis
in nouissimis diebus. Ecce mercedes operariorum
qui messuerunt regiones vestras que fraudata sunt a uobis
clamat et clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit
Epulati estis super terram et in luxuriis enutriuistis cor
da vestra sicut in die occisionis adduxistis. Condemnastis iusti
non resistit uobis. Patientes igitur estote fratres usque ad adue
ntum domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terre pa
ciens dum accipiat temporaneum et serotinum. Patientes estote uos et confirmate corda uestra quia aduentus domini
appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres alterutrum ut non
iudicemini. Ecce iudex ante iamiam assistit. Exemplum ac
cipite fratres laboris et patientie prophetas qui locuti sunt in no
mine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt sufferentiam iob audistis et finem domini vidistis quia misericors e
st dominus et miserator. Ante omnia autem fratres mei nolite iura
re neque per celum neque per terram neque aliud quodcumque iu
ramentum. Sit autem sermo vestrum est est non non ut non
sub iudicio decidatis. Tristatur aliquis vestrum oret equo animo
et psallat. Infirmatur quis ex uobis inducat presbiteros